



Ms.
246
R 206951
1

D.D.

S ANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PAVLO. S.

CHRISTI VICARIO

De Apocalypsi ab Iesu Joanne dicata Romanæ Ecclesiæ, ac sedi apostolice.

BIBLIOTECA DE FILOLOGIA Y LITERATURA MADRID 1917

~ Dubitare non possum, beatiissime pater, quin si ad te allatum esset, Luisum quendam Hispalensem, unum ex societatis scriptoribus, sui sancte sedis suos dicasse commentarios, id obsequi, quantum cunque caret, pro tua singulari summae etiam, affabili et iucundo vultu excipere dignareris. Sed o miram suis sedis felicitatem! Expende, quas, quam alius ad te assertur nuncius. Ipsam Joannis Apocalypsim, sacrae scripturæ fastigium, repertum est feliciter tui Pontificatus tempore, ab initio cum scripta est, suis sedis maiestati fuisse datum: Atque Sanctæ dedicationem ab ipso Joanne, prophetice oculis ecclesia Romana magnitudinem prævidente, pulcherrimo illo operi suo fuisse impressam. Potuit ne optatior Illus Sua sedi afferri nuncius de aliud libel dedicatione, aut quia te Petri Apostolorum principis successorem, ubi primum constet rem esse certam et minime dubiam, maiori Letitia affecturus illudatur? Ego igitur (quem atua maiestate affandâ paruitas pudoris meus aliqui omnino deterrent) cum fortunatissimo quodam studiorum meorum successu id estem consequutus, ut tam boni, tamque exoptabilis nuncius balulus esse possem; continere me iam nec potui nec debui, quin Letitia gestiens et exultans ad te ipsum per Sanctam epistolam adirem, rem totam nunciarum, tuisq; pedibus me propositum considerans, omnem mea persuasiōnis rationem, et omnia quibus ea persuasio innititur. Expositi sematis seu fundamento, in his meis commentariis supplex tibi offerrem. Nec enim eiusmodi est Soc nunciorum genus, ut in eis aliquid sibi credi postulare possit qui nunciat: Neque ego is sum qui fidem sine satis datione illa ex parte exigere audeam. Sed quemadmodum si quis afferret, inuentam a se fuisse quadraturam circuli, non aliter recuperetur quam Oblata simul et allata solida demonstrationis a se inveniente ratione et forma, quæ evidenter apodiceos faciat Mathematicis; ita qui consecrationis superdicta nuncium ad te afferre audet, pater sanctissime, ut culpam Letitiae presbet, offerre simul et exibere debet manifestam totius rei ostensionem, in qua prudentes Sarum verum affirmatores acquiescere debeant. Id vero a me factum iri non crederem nisi meam prius persuasiōnem non paucis neque ineruditis ita probassem, ut iam nullam temeritatis suspicionem reveritus, tuum tandem iudicium in quo sunt omnia, subire optem; Ut tunc demum vera exultare Letitia ac solido triumphare gaudio possem, Cum tibi (ut spero) in Soc meo conatu fieri satis factum ~

~ Quoniam vero dedicationis, quam ad te offero, intelligentia pendet ex mea persuasiōnis atque conatus summa, Damisi Sanctam, beatissime pater, ut eam prius summam proponam paucis, antequam demira ipsius dedicationis

convenientia, et de admiranda quae hanc ad sedem redundat inde gloria dicere
pergam.

Summa conatus nostri

Apocalypses summa

Per persuasio igitur mea est, Spiritus sancti mente in Libro Apocalypses fuisse, egregium quoddam enigma proferre, quod excellentiam ecclesia Christianae primitiae; duarumque praeclaras ipsius Victoriae adumbraret; alteram videlicet, quam de Hierosolyma rebelli iam reportaverat; alteram, quam de antiqua Roma ethnica deinceps consequentur iri, cœlesti oraculo promittebatur. Maximum autem force inter duas predicas Victoriae discrimen: quia exitus prima fuerat Hierosolymæ ac populi iudaici reprobatio: Alterius autem finis et fructus futurus erat, Urbi et Orbis, id est, Romæ ac Gentilitatis ad fidem Christi conuersio; per quam erat futurum ut mundani imperii domicilium ad se Christo transferente, Latus præsideret Roma religione deuina quam olim dominatione terrena, gentibus omnibus Christianæ fidei, ac simul Romæ primatui subiectis; et in sede Petri, Vicarium Christi Domini super pliacter adorantibus. Secundum sec, septem illæ plaga per clarigantes denunciatae turbas, bellum de celo pro ecclesia Christiana adversus rebellem Hierosolymam gestum representant. Quamvis enim Hierosolymæ nomen sub Sodoma et Egypti appellatione occultetur more propheticō; Explicationis tam ergo gratia adduntur illa verba, Ubi Dominus crucifixus est. Triumpus autem quem de illa obtinuit populus Christianus, decimæ partis conuersione definitur (quemadmodum multo ante prænunclaverat Isaías) reliquias novem iudeorum partibus exceptatis et exclusis. Atque ita cum Caput undecimum Apocalypses in Iudaici populi obduratione terminetur, statim initio duodecimi proponitur ecclesia ad gentilitatis sermonum commigrans: in quo de certo Romanum imperium idolis seruientis, ac praesertim Roma, suas omnes vires atque potentiam opponit evangelio, in omnes Christianos sanguiendo crudeliter. Tunc vero aduersus Romam etnicam mirificè Deus prosuis belligerare describitur, septem mysticæ indignationis psalms in eam de celo effussis. Huiusq[ue] tandem belli exitus est totius Romæ ad fidem Christi conuersio, id est, totum ruinam sempiternam, ac prope aeterna ecclesiæ pax. Cui longeva pars promissioni adnectetur admonitio defuncta Antichristi persecutione, et proposita perfectæ Victoriae de illo ad Roma obtinendæ, ac demum amplissimæ aeternius triumphi, qui eandem Romam Ecclesiarum Reginam manet in patria cœlesti. Hoc nimis est meæ interpretationis filum, quod in Apocalypsi universam diuidatur et continuatur absque illa ordinis perturbatione. In hoc vero argumento, Babylonis nomen Occidentalem Babylonem (ut loquitur Augustinus) Soc est

Sancti Leo
sermone. I.
in nativi apostolæ.

Apoc. II. 8.

Apoc. 6. 13.

.18. de civitat. c. 27.

2

antiquam Romanam denotat, quemadmodum et in Petri epistola: sponsa autem quae nubis Agno, non est alia quam Romano Va, sive fidelis. Universa q̄b Apocalypsis revocatur nisi admirabile illud mysterium, Deiq̄ consilium arcanum de Hierosolymā ac Iudaicā gente reprobanda; Romā autem argentinū te eligendā, erigendā iuuiissimē. Ac præterquam quod præcipuum suū sacū libri argumentum, ac veluti scopus est conversionem Romā ad fidem christi, principatumq̄ eidem Romā in omnes ecclesiās a deo concessum, ac magnitudinem triumphi cœlestis et æterni eidem promissi celebrare; ad hoc ipsum argumentum locupletandum visum fuit spiritui sancto, copiose alludere ad plurima, eademq̄ illustrissima Veteris testamenti capita; præsentimq̄ ad librum Tobii, ad Davidis psalmos, ad Salomonis Cantācūm ac denique ad maiorem mīnorūq̄ prophetarum vaticinia. Factumq; est, ut in ipsiis Apocalypses tenebris magna mirabilisq; lux inclusa et abscondita seruaretur ad germanum ac genitū corum omnium librorum intimum sensum contemplandū atque cernendū. Videlicet quia dum tot corum capitib; uticū spiritus sanctus ad Apocalypses telam texendam; per eam ipsam allusionem et applicationem scitissime indicat nobis ac detegit Verum mysterium, quod in illis latebat tectum; ac ad vitam et mentem eorum Capitum per illam indicationem atten- tum interpretē animadvertero quodammodo cogit ~.

T. Vbi apposita sit a Joanne dedicatio ~

Haber pater sanctissime, persuasōnis meæ atque conatus summam. Verum ubi tandem illa dedicatio quam me in ipsa Joannis Apocalypsi reperisse volebam intelligi? Sane ubi maxime optari posset ab eo qui illam sarcinam cectam in omnem æternitatem, ut maxime conservari cuperet. Quemadmodum enim Psidias nobilis statuarius, clypeo Minervæ sic suam inclusisse effigiem celebratur, ut ea convulsa tota operis colligatio solueretur: Sic in ipso totius Apocalypses nexu et colligatione, ac in totius libri coherētia, inclusa est, procul dubio egregia illa dedicatio, neque aliter constellī potest quam totius nobilissimi operis colligatione soluta. Libet enim contemplari Apocalypsim quasi quendam magnæ Minervæ (Soc est diuinæ sapientiæ) Clypeum. AC quem admodum Psidias in suo Clypeo fertur cœlasse Amatorum prælium intumescente ambitu parvæ, inconcaua autem parte Giganto maciam, sic (ut parvis magna componere licet) extat in Apocalypsi tum' stupenda prorsus quasi fæminarum, id est, infirmæ gentis virtus et audacia, quæ de suis finibus egressa magnas prouincias invaserit atq; possedit, quod fuit Ama-

dedicationem a Joanne
inclusam fratre in totū
operis colligatione et
ex�述: id quid
Pridie comparatione
explicatur.

Aristoteles lib. de mundo
cap. 6. et Valerius lib.
8. c. 14. ubi de Caio Fabio

Dñni lib. 36. c. 5.

Zonum Victorij longe mirabilis et glorioseus): tum Romanorum principum
(quasi' quorumdam gigantum) in ecclesiae sequuntur dimicatio ad Versus De= =
um, ac Suis belli exitus Dei maiorum state dignissimus. Sane ad hoc eadem mys= =
teria significanda, eisdem comparationibus utitur spiritus Sanctus. Quod enim
Iudic. 5. 8.
legimus Nova bella elegit Dominus; per respectum ad bellicam faminarum
(quasi' Ama Zonum) Virtutem dictum est. De Romanis autem principibus
Isag. 26. 14.
ab ecclesia trium Satis, ait Isaías, Gigantes non resurgent. Facit præterea
Utriusque nominis, cum Ama Zonum, cum gigantum etimologia, sicut enim sonat
Terrigenas seu terre filios: illud, inopes aut incommuni viventes. Facile etiam
duplicis bell'i designatio, ac alterius collatio in parte tumescente; alterius in
concaua. Similes enim exaltati sunt, superbi autem depresso, ut propositauerat
Lucas 1. 52.
Cicero. Tugul. 1.
Virgo mater. Luce. i. Inter huc autem Joannis cum Psalma comparatio præter
cunda non est, propter egregium discrimen. Alter enim ita fuit inanis gloria
cupidus, ut sui similem speciem inclusisset Minervæ clypeo, quia non videbat
inscribere: Alter vero qui non sibi inanem gloriam, sed solidam potius
christo, ac ipsius sponsæ vestimenti us optabat; Cum cotempore ederet Apocalyp= =
sim, quo rem tantam apertâ dedicacione significare non decebat; certo in elegantissi= =
mo Veræ sapientiae clypeo, sponsæ Christi (id est Romanae ecclesiae) cui opus suum
dedicabat, mirabilem inclusisset speciem; eamq; tandem excludi (ut ita dicam)
ac propagari, post diuturnam huius quasi diuinissimo No incubationem, valde
erat optabile.

T. Quam sit conueniens ipsi Apocalypsi ~
~ predicta Dedicatio ~

~ IAM Vero ex dictis facilis negotio colligitur nullam inquam alicuius Libri
dedicationem Sive sedi Apostolicae, aut faciem fuisse, aut sciri posuisse, quæ ipso
suo operi oblatu aptior et conuenientior existat, quam est Apocalypsi conueniens
supradicta dedicatio, quam nobis desuper datum est in operis colligatione anni
madvertere. Neque enim illa fuit ex insecus alicunde quaesita et operi affi= =
ta: sed potius ita coherens cum omni corpore, ut penitus ex eius visceribus def= =
sumptarit, atque ex intimo arguento deponpta. Ipsius enim Apocalypses
nebulis et colligationi inhaebat impressa consecratio, quam ego expressam
extare vobis: Neque illam ipse apposui, sed solum exposui ut interpret
officium postulabat.

c: dedicationis supradictae
convenientia.

T. Quam sit gloriosa Romana ecclesie eadem ~
~ dedicatio ~

~ Porro quam existat huius sanctæ sedi gloriosum, quod ipsa Joannis Apoca= =

c: q; sit gloria Ecclesiæ
Romana ea dedicata

Lypsi's ex intimo argomento, tota suus sancta ecclesiæ magnitudini ac festi-
citate dicata sit: secumq; adeo nobilis sacra scriptura partem afferat, eidemque
dedicationi mancipare videtur; Sac mallo, sanctissime pater, tibi expenden-
dar in quoque quam in solis claritate explicanda laborare. Quærere enim alium
librum qui ecclesiæ Romanae ceterarum Reginæ parvum possit afferre gloriam, per-
inde sit ac velle ut mundus sic spectabilis non minus ab alio astro illuminetur. Ac
luce compleatur quam à sole: presentim cum quemadmodum succensuam cetera
omnia astra a sole participant, sic reliqua sacra scriptura partes, quæ ecclesiæ Ro-
manæ gloriæ describentes, adiuvare ^{videntur} illius lucem; et fere omnes ab Apoca-
lypsi illuminatae, ab ea quodammodo accipiunt ut ipsæ etiam sint suæ sedi Valde
sonificæ et gloriose. Quare coniuncta Apocalypses dedicatione cum iussi
allusionibus, quasi sole cum astris ab ipso illuminatis, Valdemirabile est quan-
tum inde ecclesia Romana accipiat amplitudinis, splendoris et gloria. Ut enim
nonnulla Valde illustria encomia brevi percurram quæ ab eo lumen con-
cursu sunt manifesta; In deprimis habemus filium illum masculum quem
enixa est mater ^{Sion} Et qui regendis gentibus nascebatur, esse populum si de-
lem Romanum, Socest, huius tuę Urbi ecclesiam, pater sanctissime: per re-
liquos autem filios eiusdem matris (qui eodem capite commemorantur) ceteras
cœli ecclesiæ denocari. Quemadmodum etiam psalmo. 44. Regina illa
quæ neupserat mystico Salomonis, eidemque adstabat à dextris, eadem est
ecclesia Romana: proxima autem eius, ecclesiæ ceteræ quæ post ullam Regi
adducendæ erant. Simile est in anticorum libro cap. 6. de. 60. regni, &c. con-
cubinis ac innumeris adolescentibus. Illæ enim omnes, ecclesiæ peculiare sunt,
quarum princeps atque regina est ecclesia Romana. Illa (nempe) Una, perfecta,
et electa genitricæ sua quam ceteræ Omnes beatissimam prædicaverunt ~.

1.

Apoc. 12.

^{sion,} Et qui regendis gentibus nascebatur, esse populum si de-
lem Romanum, Socest, huius tuę Urbi ecclesiam, pater sanctissime: per re-
liquos autem filios eiusdem matris (qui eodem capite commemorantur) ceteras
cœli ecclesiæ denocari. Quemadmodum etiam psalmo. 44. Regina illa
quæ neupserat mystico Salomonis, eidemque adstabat à dextris, eadem est
ecclesia Romana: proxima autem eius, ecclesiæ ceteræ quæ post ullam Regi
adducendæ erant. Simile est in anticorum libro cap. 6. de. 60. regni, &c. con-
cubinis ac innumeris adolescentibus. Illæ enim omnes, ecclesiæ peculiare sunt,
quarum princeps atque regina est ecclesia Romana. Illa (nempe) Una, perfecta,
et electa genitricæ sua quam ceteræ Omnes beatissimam prædicaverunt ~.

Psal. 44.

2.

anticorp. 6. 8.

Ab eadem luce clarescit, in Romæ ad fidem Christi conservacionem impen-
dit cor omnes Psalmos, quibus propter summa exultationis materiem inscribitur
Alleluia: Eodemque reveri septem Dei voces atque concilia, quæ psalmo Vig-
esimo octavo decantata fuerant ~.

Apoc. 19.

3.

Apoc. 10.

In de præterea claret, De conversione Romæ ad fidem Christi, ac de ipsius
in ceteras ecclesiæ principatu integræ etate capita plura, ea que illa præmissa
in Isaia ac Ieremie Vaticinis: Atque sive esse sensum literalem quem illi
in his capitibus præcipue significare solebant, tangenter iudaica, sed christia-
na res picentes. ~.

4.

Iay. 21.

In dectramet, ut de ecclesiæ Romanae fundatoribus, Petro et Paulo Vide
amus. Sonorissimam fieri mentionem ab Isaia Cap. 21. in illa biga
equitum qui famam rei præclaræ gestæ in triumphali vescibant curru: quorum
alter erat ascensor asini, alter Cameli: Atque hoc ipsos Apostolos esse duos

Apoc. 19. c. 21.

illorū angelorū Babylonis ruinam Ioanni nunciantes, ante quorum pedes cecidit ipse Joannes ut eos adoraret ~

Canticorum liber

5. ~ Ab eodem sole illuminatur genuinum argumentum cantus canticorum, et agnoscitur illud esse magna ex parte idem quod et Apocalypses: Atque Apocalypticō filo semel deducto et feliciter somerato, facile idem praestari incanticorum libro: illiusque verissimam acolutissimam Romanæ ecclesiæ esse admodum sonorificam: accius libri contextum postulare et cogere, ut sponsa laudes quæ canuntur cap. 4. et 6. Omnes referri debent ad eam sponsam siue ecclesiæ quæ cæterarum omnium est princeps atque regina ~

Apoc. 19.

6. ~ Præterea eodem iubare conspicuum fit, Angelum illum habentem statim magnam et claritatem eximiam (Apocalyp. 19) in proprio et germano sensu esse Petrum Apostolorum principem: Atque adeo ex Apocalypsi de suā posse cum elegantissimam, tum gravissimam inscriptionem quæ in fronte augustissimi, in Universo orbe, templi, eidem Petro in monte Vaticano aedificata (cui tu O beatissime pater extrema manu ^{admovesti} omni' ope conarū) aurei's litteris effulget Soc tenore; ANGELO DESCENDENTI DE CAELO, HABENTI POTESTATEM MAGNAM, AC VIUS GLORIA ILLUMINATA EST TERRA, ET ANTE VIUS PEDES CECLIDI THO IOANNES VI EVM ADORARET. — — —

Apoc. 21. c. 22.

7. ~ Deinde ab eodem suminis fonte derivatur, ut omnem illam supramodum admirandam cœlestis Hierosolymæ immensitatem et gloriam, cuius descriptrio claudit Apocalypsim; Non dubitemus esse figuram et indicationem eius gloria, quæ in patria cœlesti fructura est ecclesia Romana, cæterarum ecclesiarum regina. Eadem enim est, quæ desponsata fuerat Agno cap. 19. et cui cœlestis Hierosolymæ nomen tribuitur cap. 21. ~

~ Non addo plura: quia septem ingentia ecclesia Romana elegia, ac præclara stemmata Vide omnis iste tetigisse quæ mirifice ab Apocalypsi (Ut ego quidem censeo) illuminantur. Et de eccl. revelationis interpretem septenario maxime delectari, qui propter ipsius sacramentum adeo familiaris est Joanni, Ut quadragies fere ab illo in Soc opere usurpetur. Hos ego septem gloriose ecclesiæ Romanae titulos et prærogatiwas contemplor ego, beatissime pater, a Joanne ipso tibi offerri tanquam totidem præciosissimas gemmas mirifice effulgentes in eo diadematè quo Romanum Pontificem coronat Apocalypsis. Atque illas spero aperitis discernendi probatum iri tanquam adamantes Veros. Et longe maximum rerum omnium humanarum preclum habentes. Et qui mirum in modum summi Pontificatus apic' seu tiarae sacrae conveniant. Hoc vero spes misericordia animos ut conceptum de Joannis dedicatione nuncium, ac de gemmis præciosis tibi

Numen in sacris
literis sacratissimi sunt,
et mysteria recondita
indicant. August. lib.
quest. in Genghis. c. 152.

abi illo oblatis, auderem supplex ad te afferre, ante tuos pedes per intimam de =
votionem cadendo, ut adorem eum qui Petrus successit in illa eadem magna potes =
tate, ac sperando fore Ut quem admodum a Petri gloria illuminata est terra, sic
at tua gloria (qua est illa eadem gloria Petri) illuminetur ea beatitudo, quam
meum opus, meaq promissa ex eo habere possum, quod a me proficiuntur. Si
enim tu ea probes et complectaris, inde illa plena lucis erident. Tunc vero du =
biuum non erit quin nova et vetera servatae iificient; quem Deus ecclesiae sue
multos annos seculi incolueret. Ut illos omnes perfruatur nobilis aquila
glorioso de draconem triumpho, quem misericordia representat insigne tuum; cuius inter =
pretationem ad symbolum Aquila in commentario Capituli. 4. reverenter at
tingo; Vbi dete, nontecum. Sic ad te non plura. D. Hispali in domo Societas
pima die Marij 1612.

Canticorum. 7. 13.

Sanctissime tue maiestati penitus devotus

Luisius ab Alcazar.

PREFATIO ~

~ De invocatione fortunantis Providentiae ~
~ in quinque sectiones divisam ~

~ Sectio Prima ~

, Invocationem numinis praeipiunt sapientes: neque ulla auctor
in invocationem numinis praeipiunt sapientes: ~
quam Fortuna: eius tamen que a Providentia non distinguatur.
neque ulla auctor quam fortuna; etiam ~
tamen que a Providentia nondicitur ~

~ quatuor ~

Inchoaturo miseri satis spissum et operosum opus, nisi sanctius et antiquius esse
debet, quam ut res ligiose obseruarem preceptum. Illud quod scribere incipientibus
tradidit sanctus Gregorius Nazianzenus in suorum operum initio. Optimus sic
ordo est (ait) Ut qui sermonem vel rem a ligia auspicatur, a Deo initium ducat.
Neque vero satis habuit ab hoc precepto sua opera inchoasse sanctus Doctor: sed
majoris commendationis gratia, id ipsum vel tunc esse suorum Librorum etiam
sunt. In extremo enim opusculo, finem scribendi faciens; Agendorum
(inquit) initium sit et finis Deus. Neque maxum, id scdulo a sanctissimo antis =
titate fuisse preceptum, quod scriptores etiam et S. Nicodemus, scribere inchoantibus de =
nuntiant. sic enim Cicero. 2. de Legibus; A Diis immortalibus sunt nobis

capienda primordia. Et similiter Demosthenes epistola prima, convenit (act) ut
quisquis opus aliquo dserium auspicatur, a Dīs initium ducat. Non me praterit, non
nullos omissam a se Numinis invocationem excusare, significantes se ab ea inci-
per optasse; propterea tamen omisisse, quod a solis poetis usurpari solet. Si ut
poetis (inquit Silius) nobis quoque mos esset, Libenter inciperemus a precatio-
nibus Deorum, Dearumq; rutoris tanti operis successus prosperos darent. sic ille.
Verum ubi constat de precepto et legenatura, minime opus erat consuetudinem et
exempla disquirere: Et hoc quoque si anobis inveniantur, non erit difficile, in
ter Christianos saltem scriptores, non paucos invenire qui a Dei optimi maxi-
mi invocatione, sua opera exorsi sunt. Imo vero inter Christianos etiam, cum
consuetudinem vixisse testatur Plato in Timo. act enim; qui quomodo
cumque mentis compotes sunt, in operis cuiuslibet, ut magni vel parvū pri-
cipio, Deum invocare solet. Quod etiam confirmat Plinius in Panegyrico
ad Traianum in ipso inicio, dicens; Bene ac sapienter maiores instruerunt
ut dicendi initium a præstationib; caperetur. Et quidem quantis non in-
ficiens, suic instituto, sine arbitrio multos sati facere; nempe apud se met
ipso in corde opem diuinam invocantes: Ad exprimendam tamen eam
ipsam diuini Numinis invocationem, invitare nos videatur, cum precepto,
tum etiam exemplo, beatus Gregorius Nazianzenus: quem imitatus est Isidorus
retus in Cantici Salomonis commentario, et s. Apringius in Apocalypsi, quorum
vestigis ego quoque insistam. Et quia nostra invocatio peregrinitatem redolere
cuiquam fortasse videbitur, ne tamen propterea omittenda fuit; ideo opere pretium
dux; de ipsa mea invocatione non nisi præfari prius, et ipsius rationem reddere;
quod studiosis lectoribus non inuicendum fore confido.

Cum igitur a Deo optimi maximi invocatione opus hoc misi' incipendum esset;
et optarem pariter ut forma ipsa invocationis, operi cui iam manus admoveo, apte
conqueret; venit mihi in mentem illius Sacredemoniorum sententia quam in suis
apostol Segmatis refert Plutarchus, MA NVS AD MONVENTI FORTVNA
EST IMPLORANDA: atque in attenta suis apostol Segmatis consideratione, et ipsius
non populari sed philosophica et Theologica intelligentia, videor mihi invenisse
conuenientem suic meæ prefationi materiam. Incipiam autem ab ipso Fortunæ no-
mine. Soc quis ad poetarum et oratorum usum respiciat, inueniet extendi solere
ad quenvis successum siue prosperum siue adversum, quamvis ille fortuitus casus
nonsit, sed rationi consentaneus ex iis quæ erant ab domine anteacta. Quaratione
vere dicitur, Unusquisque suæ fortunæ faber esse. Et ceterum spectat antiqua illa
sententia, Sui cuiq; mores Fortunam singunt: quodq; alii aiunt; Paro fortunam,
(videlicet bonam) a providis et prudentibus discedere. Atque socius meus signi-
ficat Alcmanus poëta antiquissimus (quem refert Plutarchus in opusculo de Fortuna

Romanorum): Canit enim Fortunam esse filiam Providentiae, sororem vero Cunomiae atq; Suadæ. Nimirum quia quemadmodum adoptimas leges condendas (quod est officium Cunomiae) opus est legislatori maxima prudentia et providentia; et similiter ad nervos eloquentiarum, non inanis et puerilis, sed eius quæ flectere et persuadere possit (quod est Suada) simili prudentia et providentia opus habet orator: Atq; adeo tam optima leges, quam optima et flexanima eloquentia, ab excellenti prudentia, si ve providentia, orientur necesse est: ita similiter pleriq; secundi successus (qui a Vulgo Fortuna tribui solent) si quis prudenter animadvertisat, non sunt casus fortuiti. Sed rationales (Ut loquuntur philosophi) id est, rationi consentanei, et orti a sapientia et providentia eius qui se prudenter ac gnauiter gesserat: Sicut contra multi alii casus miseri et infelices omnino derivantur ab illius stultitia qui sua culpa in misericordiam et felicitatem deatus est. Fateor ergo ad eiusmodi successus saepe extendi solere Fortuna nomen: Sed strictius a nobis in hac disputatione accipiendum est philosophorum more; nempe profelicitate casus fortuiti, quem Aristoteles appellat irrationalem, et qui fortuito ab Deo venit. Non ex ipsis industria et sapientia, sed aliunde exoculta causa: Ut si quis scrobem fodens, arboris serendae gratia, tressaurum repente reperiatur: Vbi quod ab ipso fortunato praestari potuit, non aliud fuit quam scrobem fodere: Fodatio autem non est causa per se inventandi tressauri, quia plurimi quotidiane fodentes nunquam eiusmodi aliquid reperiuntur.

Si quis vero percunctetur et interroget, num fortuiti casus Vox omnino requirat ut nulla ratione fieret optatus a fortunato; suspicor philosophorum id nulla ratione prescripturos. Quantulus enim fossor tressaurum reperire optet, et totamentis intentione in eam cogitationem incumbat; atque ea propter Vix unquam fodere intermittat; nisi dominus inventio tressauri ad suum erit successor fortuitus, si ca omnia quæ moliri et ad sibi poterat fortunatus, sati non erant ad tressaurum reperiendum. Imo vero quamvis aliquis in ea agri parte, ubi suspicatur reconditum esse tressaurum, miris modis suam exerceat diligentiam, ad suum inventio tressauri exitus successus fortunæ propriæ dictæ (Socest, fortuitus et irrationalis), si ad reperiendum tressaurum non sati erat fodere et ea omnia praestare ad quæ summa industria et diligentia pertingere posset: ipsi enim omnibus studiose, gnauiter, et industrie factis, manet nisi dominus aliquando tressaurus absconditus; quemadmodum experimento comprobatum est in novo orbe, in nigello (Ut appellant) metallo; cuius tanta est copia et tam immensa sit in quamplurimis Peruaniis fodinis, ut ex ea materia siccat montes ingentes coacervare. Cumq; explorare cognitum atque perceptum sit, eiusmodi nigellum metallum adeo argenteum esse ut maximam in se puri et optimi argenti partem habeat; atque adeo in ea ipsa que manibus tractatur materia incomparabilis tressauri latcat; cumq; in eo tressauro investigando immensi atque infiniti lucris spe-

multorum ingenia excitata, omni assiduitate et incredibili contentione laboravint; Ne silominus hactenus frustra sudatum est, t sc sauro in carbones siue infum abeunte. Neq; tamen de sunt qui acerrime sode incandem curam et laborem incubant, non desperantes in eo labore, aliquo successu fortuito se feliciter atque beatos elasuros. Vbi igitur vices sumant et omnis quae adibetur potest ab humano ingenio industria et diligentia, nulla ratione sufficiunt ad id quod queritur inveniendum, tunc optasse et contendisse noscunt de sunt ad propriam fortuiti successus rationem. Quid enim obfit iuvai Fortuna quod t saurum capiatur et in eoque rendo laborans, sitandem reperire aliter non potuisti, quam fortuito et irrationali (ut Aristoteles loquitur) successu? Huiusmodi ergo fortunam bonam ego misericordie in expositione enigmatum Apocalypses: neque soci et revelationem aut miraculum concupiscere, sed prosperum successum fortutum: Et capitulo fortunam imploro proprie dictam ~.

Non vero fortunam cæcam sed Videntem: atq; adeo non eam quam celebat cœca Gentilias, sed illam quam p silosoporum ac Theologorum sapientia Veneratur. Ac ne cui fortasse nova videtur distinctio Fortuna Videntis et cœcae, notandum est, ne bona fortuna irrationali (ut Aristotelis p̄phrasi statutus) dupliciter posse institui sermonem: primo considerata Fortuna quasi contraria Providentie: et sic eam statuerant cœci Gentiles, et capropter cæcam depingebant; illud frequenter Usipantes, Vitam regit Fortuna, non sapientia. Haec autem fortuna est quam Dei Providentia tollit, Ut docet Augustinus, ac proinde quam irridens et accriter im pugnant cat Solici scriptores, Ut Lactantius Lib. 3. c. 27. et 28. Cyrillus Hierosolimitanus Cat Se cœsi 8. Anastasius Nicanus. q. 18. Olimpiodorus in ecclesiasten, Paulinus epistola 36. Psilastrius Sarensi. 15. Et plures alii. Alter vero accipitur Fortuna pro ut ei subest sapientissima Dei Providentia, se potius pro ipsa Dei providentia quatenus fortunat (ut ita loquar) cum cui singulariter favere decernit. Haec autem fortuna non solum non impugnat a patribus, sed potius ad Deo stabilitur, Ut illi omnes uno ore clament, Verissimam eorum omnium quae bene ac feliciter fortuito eveniunt causam non esse aliam, quam Dei optimi maximi Providentiam. Atq; id ipsum manifestissime etiam significat eam antiqui p silosoppi et poetae sapientes: Ex quibus Pindarus in Nemis ait: Ad summum virtutis apicum perueniunt qui gustarunt labores: non autem sine Dei Fortuna. Atq; Sacipsa Dei Fortuna videtur esse illa eadem quam Cicerus et plerique alii appellant Fortunam primigeniam. Nec defuit qui sibi persuaserit, Fortunam illam auream, qua in cubiculo imperatoris Romani usque ad extremum diem servari solebat, et cum onere imperii ad successorum transmitti (quo referunt Julius Capitonius et Spartanus) cam fuisse Fatunantis Providentia Divina imaginem. Certe in his et in corum fabulis invenimus expressam fortunam Videntis seu providentis mentionem. In his enim legimus, Ifigidis Dedi.

beneficio (qua eadem est cum Minerla, atq; adeo ipsa Dei optimi maximi sapientia) factum esse, ut miser quidam homo qui sumanam formam exuerat, et omnium oculis videbatur in stoli diffimum brutorum animalium commutatus, felicior metamorphosi; sua pristina figura restitueretur: et deinceps illum sub iste di's tutela et patrocinio vixisse, et eius auspiciis per quam fortunatum fuisse. Nimirum quia Dea i'sis ipsa est Fortunallidens: Si enim ait scriptor illius fabula. Ut cung; autem ille intellexerit, genuinum eius fabula mysterium nisi non est aliud quam id de quo nemo et Seologorum dubitat, nempe, ipsam Dei sapientiam et providentiam, esse verissimum Fortunae numen; atq; sancta fortunam non esse cæcam sed perspicacissimam, ipsiusq; munere et beneficio fortunatissimos reddi eos quibus ipsa singulariter adesse decernit, et presentim illos quos ex stoli dicit sapientes reddit. Censeo igitur in nomine Fortuna idem prope contigisse quod in nomine Greco — Σάμυων — quamvis enim in sacris litteris, Daemonum nomen solum tribuatur malei angelis, ut capras denotetur, sumani generis hostes in festissimos esse eorum quos proficiens Deus colebat cæca gentilitas; nihil omnis constat at Greecis poëtis atq; philosophis nomina scilicet Deus et Demon. Usus vero tanquam synonyma, et eiusdem omnino significacionis. Atque ita Plato, Universi moderatorem appellat μέγιστον Σάμυων, id est, magnum Daemonem: et in Cratyle ait Σάμυων δι' quasi Σάμυων, socii gnarum atq; peritum. Samuon enim est idem est quod peritia et scientia. Alii videtur Σάμυων — Daemon altero Σαραδης quod est distribuere, atque adeo Daemon esse idem quod Διανθετης διαιρεntis id est, arbitrus et rector sive administrator. Considerata igitur divinitatis significacione quam philosophi sui nominis (Demon) tribuebant; notatum est eis ipso nomine apud Graecos sapientes saepe etiam significari fortunam quia, nota Samuon, apud Hippocratem, Lucianum et alios, idem est omnino quod apud Latinos scriptores forte fortuna. Et interdum copulantur ΤΟΥΧΗ (quod sonat fortunam) et Σάμυων, ut apud Demosthenem, Et sic sine finem, et Platonicum. Et manifesto quoque Plato fortunam universi usque (ut notavit Budaeus) appellat Daemonem. Ex his ergo omnibus satis constat antiquos philosophos et sapientes non dubitasse, successus omnes fortuitos felices in Dei sapientiam et providentiam referendos esse, tanquam in eorum causam verissimam et auctorem certissimum. Ex Christianis autem non solum sapientioribus, sed in universum omnibus ecclesiæ Christi fidelibus id adeo notum est ut anemine ignoraretur.

I. SECTIO SECUNDA.

De bona fortuna philosophatur egregie Aristoteles et cum eo et Seologus primus, intellectus et voluntatis motus consideranter.

In quo vero positum sit, prosperi successus principium, et qua ratione Dei Providentia fortuitorum eventuum directionem et distributionem sibi reservet; ad intimam philosophiam

Sosop̄iam et reconditam t̄ Scologiam spectat id sapienter percipere et apte explicare.
Atq; ea de re, si sapientium vestigiis insister, ego quoque non nisi explicare attingam,
Videor mihi studiosis sectoribus eratione gratificatur, ac simul aptam et conveni-
entem redditurus mea invocationis rationem, nec non eius desiderii quo me fla-
grare ostendo, impetrandi (scilicet) a Deo bonam fortunam in sacra Apocalyp-
ses intelligentia et interpretatione. In hac ergo disputatione de bona fortuna,
dignissima sunt animadversione quæ scripsit Aristoteles lib. 7. et sicorum ad
Cudemsum (quod sonat, bene fortunatum) ubi de hac ipsa re agens, in qua non se
mel alias offenderat, et in punctum si ve scopum verissime philosophiæ (a quo
alias non parum abhorrat) felicissime co loci collimans, sic ait propositum li-
ibri; Quidam prosperitatem consequuntur, eo quod impetus animi, cupiditasq; eo
delata quo oportebat, successu est usq;. et paulo infra, Secunda fortuna in
iis ubi præter rationem ipsa causa existit, Locum habet: id Vero improvissum.
Et statim. Quare forsitan quispiam an fortuna eius casus causa sit, ut quid
et quando oporteat concupiscatur et cognoscatur et consultetur. Neq; enim qui
consultat consultavit, et hoc consultavit; sed est principium quoddam. Neq; co-
gitans cogitavit id prius cogitare, atq; in infinitum eiusmodi sit progressio. Ne
que igitur considerandi iunctum principium; neque consultandi consilium.
Quid igitur aliud nisi Fortuna? Quo circa et a Fortuna omnia proficiuntur,
et est quoddam principium, extra quod nullum reperiatur. Mouentur enim omnia
ab inexistente in nobis numine. Rationis autem non ratio, sed præstantius
quoddam est principium. Quid autem scientia præstantius est nisi Deus? Quo
circa veteres dixerit felices ex fortuna qui irrationaliter ad recte agendum
impellerentur; Nec velle illis confert: principium enim habent et intellec-
tu et voluntate præstantius. Alii vero rationem habent: illud vero (scilicet
principium præstantius) non habent. Et subdit: species felicitatis duas
sunt: altera diuina: ideoq; qui felix est, numine adiutus aliquid facisse
dicitur. Is autem est qui aliquid iuxta impetum divinum facit, irrationaliter
vero ambo. Ac illa frequens magis felicitas est: ista vero minus. Omnia
sunt ipsius Aristotelis verba: et factasse in universis eius operibus non
sunt ultra alia quæ tanti haberi a philosophis et t̄ Scologis debent. Sane
ad hanc Aristotelis locum referunt. D. Thomas ea quæ de hac ipsa questione
sapientissime scribit. 12^d. q. 9. a. 4. ubi decernit, necessario argumento
vinci, primum voluntatis humanae motorem esse Deum. Nitemusq; Aristotelis
ratiocinatione sic ait; Necesse est ergo quod in primum motum voluntatis
prodeat voluntas ex instinctu alicuius exterioris motientis. Idem quoque
docuerat Augustinus multis in locis. Ex quibus insignerunt tom. 3. lib.

De

7

De spiritu et litera cap. 34. et tom. 4. Lib. 1. ad Simplicianum q. 2. obi' ex-
pendit. Non esse in potestate alicuius quid ei' veniat in mentem, et quid ei'
occurrat quod delectet atq' in' v'c' et animum. Ex quo infert, necessario per
veniendum esse ad interiorum Dei motionem, ut in eam prima intellectus
et voluntatis motio referatur. De discipulis autem Augustini constat
eos omnes in hac quaestione a suo magistro non discrepasse: Ca enim
doctrina Anselmus lib. de gratia et libero arbitrio explicat quomodo ea
qua' homini contingunt subiaceant dispositioni Dei. Et similiter Prosper
atque Fulgentius. Ac elegantissime Bernardus, lib. de gratia et libero
arbitrio sub finem, ubi agit de cogitationibus quibus Deus liberum arbitrii
um prævenire et excitare solet. Iti vero omnes patres, et cum eis plerique
doctores, post Aristotelem, ex argumento nituntur, quod in ipsis liberis arbi-
trij operibus, ut in infinitum non abeat, necessario deveniendum
est ad actus intellectui et voluntati a Deo inspiratos sive injector; atque
ad rationem et electionem omnino prævenientes. Et quemadmodum ad ac-
tus quos theologi appellant supernaturales, primus motor est Deus, quatenus
auctor supernaturalis, per illos actus quos intellectui et voluntati inspirat, li-
beri arbitrii electionem præveniens, et congrue movens illos quibus gratificari
vult ut auctor supernaturalis; sicutiam omnis bona multorum successuum
fortuna, tanquam ad verissimam causam, referri debet ad prius illas au-
tores naturæ inspirationes et ad impetus illorum quibus ab ipso moveretur voluntas
homini. Ex his enim efficitur ut iste ad fodiendum in socloco mo-
veatur; ille vero, ubi latebat tesaurus: iste ad navigandum secundum na-
vigio; ille alio quod erat ad scopulos alludendum: iste (qui mercaturis fa-
ciendis remquebat) ad transigendum cum eo qui fidem suam liberaturus
erat egugie; ille vero cum alio statim creditibus decocturo: iste ad pug-
nandum cum eo aquo erat superandus; ille vero cum alio aquo Victoriam
consequiturus erat gloriosam. Et eiusmodi sunt numera alia. Absit vero
impulsibus electionem et consultationem prævenientibus necesse est ut con-
sultatio ipsa et electio initium ducant. Atq' in eis ex congruamotione Dei
dependet felicitas successus. Ex quo facile iam intelligitur qua ratione
possit esse verum quod constat Plutarchus in opusculo de fortuna Romanorum;
dominationem nempe et principatum quem illi in omnes gentes obtineuerunt,
ad fortunam potius eorum quam ad virtutem referri debere. Quanquam enim
militaris eorum virtus maxima fuerit et admirabilis; Longe tamen maiorem
et mirabiliorem ipsorum fortunam fuisse fatendum est. Quod vero de Romanis

Plutarchus afferit, id etiam misi de Macabaeis sacra littera significare videntur, dum Legio id quod Libro. i. c. 5. 62. scriptum est. Cum enim ad notas sibi causas respiacentes, persuasiissent sibi Iosephus et Azarias, ab ipsis quoque, quemadmodum a Macabaeis, Victoria fuisse de hostibus reportandam et agendum triumphum; Longe secus evenit: fugati enim sunt ex occulta causa: scilicet quia non erant ex ipsis ducibus quos Deus fortunare volebat. Atque hoc misi sacer textus significat illis verbis. Quia non erat de semine virorum illorum per quos salus facta est in Israël. Porro ex dictis facile intelligitur, non semper in humana prudentiam neque virtutem referendam esse felicitatem evenit. Neque enim ut isti sint felices et fortunati, illi vero miseri et infelices; opus est ut fortunati virtute et prudentia in felicibus antecellant: sed ad hoc discrimen satis fuerit, si in actibus electionem et ratiocinationem prævenientibus per congruam motionem Dei, alii ad prosperos successus, alii ad adversos dirigantur.

S. Sectio tertia ~

Dei quidem Providentia ad omnes successus fortuitos praediti: at in rebus maximi momenti non solum praediti, sed etiam trahiti fortunatos

Sed obiectum nobis fortasse aliquis, non satis competum esse an in universam ad omnes actus liberi arbitrii adeo efficaci præmotione excitemur a Deo atque diligamus, ut ex eis præmotionis pro certo habendum sit, illos a nobis haud dubie eliciendos fuisse et ad effectum perducendos. Quod si præmotio non semper præstat ut eam sine dubio sequatur exequitio, sed id potius ex previa præmotio ne in nonnullis humana actionibus anteciperat et dubium; ergo probabile legum que censeri debet, aliquos re ipsa contingere successos prosperos fortuitos ad quos Dei Providentia non præmovevit efficaciter, sed concursui secundarum causarum integrorum resiliuerit. Si enim mea inveniendi et saeauris felicitas posita erat in eo quod ego haec in parte foderem; atque ad ibi fodiendum non sum a Deo impulsus: Exgo non semper fuit singularis Providentiae Diuinæ bona fortuna qua et hinc fortasse occurrit. Huius obiectio sic respondendum videtur; Si ea appelletur singularis Dei Providentia qualiter præmotet hominem ut bona fortuna occursus sit omnino certus, ac (ut et Scologi loquuntur) infallibilis, hoc (inquam) posito, ad campilosopiam, quam Socloco explicandam suscepit, non est mihi opus ut inquis libet etiam minoris momenti successu, quavis bona fortuna ad singularem Dei Providentiam procul dubio referenda sit. Resiliuntur et Scologis scolasticis eius subtilitas disputatio, et expendant illi quam sit verum aut certum in foliorum

Sudo (exempligratia) contingere non posse absque illa singulari prædefinita et
 procurante Providentia, ut obtingant alicui omnia eiusdem generis felicia, aut om-
 nium monadum coniunctio, quam sortem Venereum licet appellare. In eam ego
 questionem non incumbo. Obiter tamen moneo, Aristotelem videlicet ijs potius con-
 sentiri qui existimant non omnes Domini actiones prædefinitas fuisse a Deo. Co-
 enim loco quem paulo ante referebam, expresse ait duas esse felicitatis species; atq;
 unam earum esse diuinam, alteram vero non esse. quibus verbis satis innuit
 non quanlibet bonam fortunam ad hanc Domini contingentem referendam esse
 ad impulsum numinis singulari Providentia procurantis ut eum exitum res omni-
 no haberet quem habuit verum ut cumq; de ea subtili questione censendum sit, ea
 etiam sententia recepta quæ successus aliquos admittit inquisibus quid esset even-
 turum, id ex promotione diuina prædefinitum minime esse: in ijs ipsi successi-
 bus valet illa superior Aristotelis et Theologorum argumentatio quæ colligit ne-
 cessarium esse, ne progressio infinitum abeat, ut fatigamur Deum esse primum
 Humanorum actuum motorem. Quia sine Dei promotione fieri non potest ut sustin-
 tas humana seipsum moveat ad eam actionem ex qua bona fortuna consequitio
 dependebat. Huiusvero axiomi nulla ratione adversatur gratium querundam
 Theologorum sententia, qui bus placet, promotionem Dei in rebus minori momenti non
 esse eiusmodi, ut ex certum sit quid sit electura voluntas humana et quem
 exitum res habitura. Quia non omnia prædefinit Deus, ut si ipsi verbis expresse
 docet Dominus Thomas. 1. 2. 9. 9. infine. Cum ideo tamen coheraret opime illud alterum, id est,
 semper bonam fortunam oriendi ex promotione Dei.

Animadvertiscum tamen est aliquos esse maiori successus inquisibus
 dubitari a nemine prudentium possit, eos ita a singulari Dei Providentia dependere,
 ut opus omnino sit Dei nomine et sapientia, non solum præmovente, sed etiam tra-
 tuente et efficiente ut res ad exitum prædefinitum officia Providentia perducatur.
 Quemadmodum autem graviora Theologi, in eis generis successibus consent numeran-
 dam esse cuiuslibet prædestinati perseverantiam; nec non ex conversionibus eas
 saltem quæ sint valde insigne, ut alius valde rebellis, qui nisi compellitur a Deo,
 minime resipisceret: Et alia deniq; valde præclara in genere gratiarum, ut Theologi lo-
 quuntur: sic etiam in alio rerum genere sunt aliqua adeo magna et admiranda
 adeo superatu difficultate ut evidenterissimum sit, nulla humana virtute, nullis
 aut ingenii, aut artis et industria viribus, nulla consiliis facultate patrani potuisse.
 Eorum enim patrato atq; perfectio ex fortunatissimo multarum rerum que solum
 a Deo componi et accommodari poterant, coniunctione et concentu dependet. Atq;
 adeo in eiusmodi rebus perspicuum est, supremo et singulari fortunantis Providen-
 tiae Dei consilio totam negotii molem reservatam fuisse; et ab eius consiliis prescripto

atque decreto proficiunt aquo res sit tentanda et ad exitum perducenda, quo tempore,
qua ratione et via, quibusq; rei benerendae adminiculis. Itius generis procul dubio
sunt, cuiusq; maximi imperii riuem monarchiae ortus, incrementa et occasus. et eius
modi etiam fuit stupenda novi orbis, qui ad tot annorum millia veteri orbi incognitus
et inauditus etiam fuerat in dagatio et patefactio. In cuius facinoris apparatum, paucis
ante illud annis, Deo rei quam moliebatur, necessaria Providente, admiranda magnetis
virtus apparuit, antiquis omnibus prouersus incognita (scilicet) ut acus nautica gyroso-
ram respiciat: Ex quo mihi immodum credit navigantium confidentia. Sed nullius
unquam adeo eminere et projecta esse visa est audacia, ac Christopheri Columbi, qui
nouum mundum sibi investigandum esse inanimum induxit. Ago consilio, si su-
ma prudentia consulatur, quis quofo, non deterreret fratrem aut amicum? Sed in
venit Columbus aliquos, licet fortasse minus prudentes, qui illius laboris adeo in
speciem temerarii, vellent esse socii atq; consortes. Atque ad felicem rei exitum necesse
fuit ut cursus quem tenere debebant prouersus ignari, fortuita navigatione, quo opus
illiserat, deferrentur; neque prius illorū cogniti & stus aut Sanib[us] aut Christopheri
aut tempesta-
tum violentia absorberet: Neque commeatus siue cibaria deficerent. Nec non
ut co pervenirent ubi aliquod eis hospitium fieret, nemisere tabescerent. Prætereo
sexcenta alia quæ feliciter omnia venire necesse erat, ut novus ille mundus in dictio-
nem et potestatem Hispanorum redigeretur. Ac cæcus est, meo iudicio, qui non ei
det tantum negotium minime confici aut etiam suscipi potuisse, prius quam ido-
neum illud et opportunum tempus a Deo prescriptum veniret, et apta illa pluri-
marum rerum a Deo prædefinita series atque coniunctio, quarum concursus pa-
pendo illi successui erat necessarius; 1593 prescripto tempori a Dei providentia
fuerat reservatus. Usque ad eam enim tempestatem impossibili plane erat suc-
cessus: Cum quod res molis esset immensa, tum quod ad eius susceptionem et
consequitionem fortunatissima innumerabilium rerum quæ a sola Dei potesta-
te in unum cogi poterant conspiratione atque concursu, opus erat. Illam igitur
mirabilem fortunam reservaverat Dei Providentia Christophero Columbo.
Et quemadmodum ille, si et sicutus esset, inauspicato se rem tantam inchoare
censeret, nisi prius Helpidius Fortuna numen implorasset, et se Voto ac religio
ne obstrinxisset ad consecrandam eam aram aliquam si id quod optabat conseque-
retur: sic etiam bona prosperoscia, bonaq; ecclologia Christianum sominem in-
quovis magno etardo quod meditatur et aggreditur opere, ad implorandam
prius fortunantem Providentiam (quod est verissimum bona fortune numen)
instituit ac erudit: Nec non ad cogitandum, si adipiscatur quod cupiebat,
aliquam mysticæ aræ, eidem Providentie se esse debitorem, et offerendem
in ea sacrificium laudis ac felicitatis successus gloriam ad illam referendi ~

Conatum

V Conatum igitur meum in Socopere quod aggredior, apud me ego confero cum Christop' Sori' Columbi' conatu, eo tempore quo ad novum orbem investigandum navim concendebat. Atque ita cum iam marcingredi et vela facere velim, ad fortunantis Providentiae invocationem me obstrictum video. Porro quamevis in Sacra invocatione emicet deliberata in difficultimo mari navigandi voluntas, in eadem tamen facile quoque agnosceretur, eum quinunc marcingrediens Fortunam in gloriat, sic se propemodum habere, sicut se habebat C. S. Christop' Sori' Columbus cum ex Hispania solvit, sicut, multo prius quam novi orbis inventor posset appellari. Qui vero utrunque conatum prudenter animo expenderit, dubitare non poterit, quin in consiliis Divinae providentiae multomaius negotium sit intentione et desideriorum, quos Dei sapientia sanctenus clausor atque reconditus voluit esse in sacra Apocalypsi, quam patefactio earum diuinitarum quae sub monte Potosiensi latebant. Nec inficiabitur opus esse operosius, certum atque constantem invenire cursum qui teneri debet in mystica Suius profundi et immensi mari navigazione (id est in difficultatibus Apocalypser explicandis) quam investigasse rectam ad novum orbem viam. Si quis vero immodeste me agere suscipietur, dum novam Americanam quae ame investigatur (nempe veram et germanam Apocalypses interpretationem) nondum abullo ex iis qui ante me illam quaesierunt, in Venetiam esse significo; iis sciat haec in parte non me aliud sentire, quam quod communis sententia docti omnes censem. Quanvis enim quamplurimi suis scriptis, Apocalypses interpretationem investigare conati sunt, et satis multis habeamus ab ipsis editos commentarios; ad hanc tamen Sacrae vox doctorum omnium est, nempe septem sigillorum librum ad hoc esse clausum, et nondum extare ullam expositionem quae difficultater Suius sacrae revelationis expediat, et reconditar in ea divinitas aperiat et patefaciat. Quod si hoc ita se habet, quis non videat, quantum molis sit perfecta Suius sacri enigmatis interpretatio; et quantum momenti ac ponderis habeat negotium hoc in arcanis divinae providentiae consiliis? Cum post mille quingentos annos in investiganda eius expositione a magnis ingenis omnibus studio et contentione possitor, nisi ominus communis consensu censeatur liber nondum esse apertus, sed clausus adhuc per Dei providentiam reservari, temporis (sufficit) ab ipsa definito, et persona quam ad id munera eligere dignata fuerit. Magnum igitur facinus aggreditur quicunque aperire hunc librum meditatur. Verum id quod omnium iudicio erat magnum et admirabile, necesserius ut in meo conatu seu desiderio non solum magnum sed etiam immane existat. Nec enim minus opto et cogito quam germanam et genuinam Apocalypses acommodat siam ob oculis ponere et explicare; namque adeo congruentem textui offendere, ut liquido constet totum hunc librum non esse aliud quam unicum mirifice con-

tinuatum et maxime coſæreni ænigma, cui adeo quadret interpretatio, ut deinceps
devero sacri ænigmatiſ mysterio dubitari nequaquam poſſit. Et sane perſuadum
ſabeo, ſi eiusmodi acolitus et interpretatio invenia et enodata fuerit; foretunc
ut ex Apocalypſeos tenebris clarissimatus ſplendorcat, qua veteris scriptura
(præſentim propterea) obſcura quæque illuminet. Iterum tamen monco eum
qui optat atque conatur nondum eſſe id quod optabat conſequutum. Imo vero
~~opteret~~ ego ab invocatione fortunantis Providentia inſoandum mihi eſſe
censui, ut ſecipſa invocatio tellaretur, agnosciam eam tantam eſſe ſuorum libri
diſſicultatem, ut nullis humani ingenii vtribus ſuperari poſſit; Ad eamq; ſu-
perandam opus eſſe, ut Deus optimus maximus singulariter fortunet eum quem
eligere dignetur, ut rcapſe aperiat et patet faciat incomparabilem tēſaurum
quem in ſacra Apocalypſi abſcondit diuina ipſius Providentia, et cuius ma-
niſtationem intot ſacula diſtulit. Ut vero calibri apertio quam omnes
optamus, contingere poſſit alicuiſine non ut aliqua revelationi eidem facta, neceſ-
ſarium eſt, ut multis ſuccessibus, qui a ſolo Deo apte coniungi poterant, felicit
compoſitio novi interpretis curſum ea ratione dirigore dignetur fortunatrix
Providentia, ut quod cæteri interpretes optabant, neque ſactenus conſequunti
ſunt, ipſe tandem felicissime conſequatur. Nequelloro ſane adeo mirabilem
fortunam optare et expetere, debet conſerit temerarium. Primum onim Socip=
sum fuit votum eorum omnium qui conati ſunt Apocalypſim interpretari: neq;
enim aliter niſi vel perficiendi ſpe vel experiundi voluntate ſane provintiam
ſucepiffent. Quodvero audacia in ſoc genere non debeat virtuō verti; id ſapien-
tum eſt ex illo Coenit Pariſ celebrato diſtico;

- id eſt,

A d r a p i e n t i a m q u a r e n d a m ad ſibere audaciā p e r c o n g r u e n s eſt:
Alioqui noxia eſt et malum affert.

Deinde præpter ſane communem mihi cum cæteris interpretibus audatia excusatio-
nem, ſabeo etiam ipſe peculiariter aliam iuſtam atque legitimam: nimirum
quod ſac mihi provintia impositaſit ab illis, quibus ut Christi vicem gerentibus, me
dicto audientem eſſe oportebat. Atque ita non potui non eorum voluntati mo-
rem gerere, et provinili parte inveriganda Apocalypſeos interpretationi ſeu in-
cumbere. id vero per agentem Valde merecet acreficit ſuus mei muneri recordatio.
Quid enim Christiano homine dignus quam eſſe unum ex illis qui plures an-
nos posuerunt in ſoc studio, Catolicæ ecclesiæ gravissimo desiderio prosua quis
que parte, omni conatu interficienter? Atque ſoc in re tantum momenti, quanti
debet eſſe eius libri intelligentia, qui cum ſit dignissimus totius ſacrae scripturae

apex siue corona, nisi Silominus propter ænigmatum difficultatem ad suæ est sapientia intissa et tesaurus absconditus. Libentissime igitur me suic labori dedo, omnia mea studia in eponere et consecrare decernens et meum sunc conatum in Dei solum gloriam referre. Quod si recipia prestem, non solum non feram molestie, sed etiam gaudabo, si aliorum interpretum gloria nominis meo obscuritatem attulerit. Turpe enim esset ingloriae sumang despicientia superari ab eterno scriptore qui in librorum suorum prologo; Si intantafit) scriptorum turba, mea fama inobscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum qui nomini officient meo, me consoler ————— ~

Sectio quarta ~

Non minor habet locum fortuna in sacra scripturae interpretatione
quam in bellis et navigationibus ~.

Sed redeo ad bonæ fortunæ explicationem. In eis fortasse aliquis sacerdoti, quod imperium ego Fortunæ ad eas actiones extenderim quæ ad ingenium propriè pertinet; qualis est aptissima difficilium ænigmatum interpretatio. Ad eam enim felicitatem nisi opus esse videtur fortuito successu; sed magna ingenii acrimonia atque solertia et ea iudicii subtilitate quæ nisi in aptissima totius ænigmatis solutione (quæ partes omnes egregie concinnet) minime acquiescat. Quod si mytheum sit valde abstractum atque reconditum, erit fortasse opus magna studii contentione, laboris assiduitate, ac diuturna perpetuaq; animi constantia ad plures annos in unius ænigmatis meditatione ponendos: nisi tamen solum ad Fortunam siue ad fortuitum ventum spectat. Huic obiecctioni primum respondeo, nullas esse posse ingenii vires quæ rei adeo magna, qualis et germana Apocalypses interpretatione, sufficiant. Constat enim alia multo maiora ingenia quam ab Sacra scripta producantur, ad hoc consequendum omni studio contendisse, nec tamen esse consequita. Deinde tametsi aliquamvis contigisset applicatio ingenii ad hoc genus studii maior fortasse quam aliis; et quamvis eiusmodi animi propensione opus sit ad perseverandum et permanendum in eo labore et studio; sane id sat' non est ad inveniendum id quo dicitur labore investigatur. Quare et si verisimile sit fortunantem Providentiam, ad eam quam ecclesia optat, suis libri interpretationem usuram esse ministerio cui magnam aliquam propensionem ad hoc genus studii praebuerit: præterea tamen ingenii applicationem; opus est ut praebeat etiam fortunatum successum.

Alioqui enim inclinatio vultuntat in eiusmodi laborem propendens nisi ergo perfrui perficiet. Atque ut ad rem præcipius accedamus, si quis in hoc studiorum genere versatus sit, non poterit non confiteri in ænigmatum endatione saepe felicitatem collimantis in hunc scopum possitam esse, non

in magnitudine ingenii, nec in diuturna et attenta propositi enigmatis consideratione, sed in fortunato aliquo successu fortuito, et in ijs quod ab interpretis ingenio atque prudentia providere non potuere. Non enim est in potestate interpretis ut mysterium enigmatis quod illi proponitur, sit res aliqua de qua ille saepe mendicari solitus sit: si vero id fortasse contingat, ad fortunam hoc interpretis referendum videtur. Facile enim fuit, proposito enigmate, illi in mentem venire ut investigaret in eo id ipsum quod ille alioqui semper gerebat animo et cogitatione. Pristina, fieri potest ut eis ipso tempore quo ad me allatum est enigma, ego in conspectu haberem, aut in Libro aliquo legerem id quod in enigmate latebat, et cuius recordatio alioqui nisi non occurret; occurrans vero animo facilest lucet nodum. Denique in enigmatis interpretatione necesse est ut apprehensio aliqua sive cogitatio procedat iudicium: sapissime vero sit ut ille procedens mentis conceptus repente somni in mentem veniat, nec in eius fuerit potestate; atque adeo sit ex ijs cogitationibus quae a Deo immittuntur et inspirantur, ut supra dicemus. Quare frustra laborabit in investigando enigmatis sensu quem Deus congruentis cogitationis afflatus non adiuveret; ut eodem fundamento positum ad hunc possit ingenii acumen et iudicii subtilitas inexpenda proportione propositi enigmatis cum eo quod fortunantis Providentiae inspiratione in mentem venit. Et quidem multa sicutmodi quotidie contingunt ijs qui et theologiae aut philosophiae studio vacant: ex quibus qui sapiunt, manifeste cernunt se a fortunante Providentia ad suos vel illius veritatis intelligentiam bene directos fuisse, et ijs adiutori quae cum ab ipsisorum ingenio providenti non possent, ex eis nescilominus pendebat veritatis consequentia aut mystri reconditi cognitio. Fieri enim potuit (exempli gratia) ut cum aliquis placitum Apocalypses mysterio investigando operam daret, eo ipso die aliud agens Irenaei Librum fortasse aperiret; et forte fortuna in eum locum incidet, quem maxime optare poterat, sed quem nulla ratione quarebat (quia neque in margine libri Apocalypsis, ut fieri solet, denotabatur, neque in loco anno tatus erat in indice eorum quae ex sacris litteris exponit Irenaeus; neque ab ulla Apocalypses interpretum fuerat adductus) atque in eo loco Apocalypses sagis illustrandis mirabilem reperiret faciem paucis comprehensam. Quod vero deeno Irenaei loco, exempli gratia, scribo, in multis aliis fortuitis successibus similiter contingit; non raro sacrae scripturae studiosis incidentibus in ea quorum maxime tunc illis opus erat, et quae per industriam atque consilium invenire non potuissent. Atque ea aliquando in fortuita sectione vel auctoritate occurrunt; aliquando aliud agenti in mentem veniunt nonquaesita; et aliquando etiam somniantis animo obicitur aliquid quod expperctus vi-

Det postea mirifice deseruire ei studio cui erat intentus. Omnia vero Sacrae
Dubie in bonam fortunam referenda sunt. Atque ita facile intelligitur, qua ratio-
ne et via, absque villa nova divinitus facta revelatione, possit diuina Provi-den-
tia Sunc vel illum in sacra scriptura & nigratris interpretandis mirum immodum
fortunare, suggesto illi congrua, quemadmodum de spiritu sancto dixit Christus
Dominus: Ille suggestet vobis. Quos vero Sacratione, Dei Providentia sin-
gulariter fortunare dignatur; vos vere in auravite fortunari vultis, et si sunt viiden-
tes fortuna filii. ~

His addo in magnis facinoribus, ut clarius elucescat Deum optimum maximum, eius
modi successus sue Providentiae reservasse, solitum esse eorum somnum ut im'
nosterio qui et viribus et sapientia longe supererentur ab aliis qui similiter assumi
poteant et non assumuntur, ut sublimitas sit virtutis Dei et non ex nobis. Quod
enim deerat ingenio eius cui non ita magnum contigit, facile compensatur bona for-
tuna eventu. et ex multarum rerum felicium concursu fieri potest ut omnino ego
collimaturus sim in eius nigratris interpretationem quam multo maiora in genia
asse qui non poterant. Fac enim (exempli gratia) medianti nisi quamsit atrox
bellum quod flagitosi hominibus inferunt suae ipsorum effrenatae cupiditates
et immoderati appetitus, et quam sit innumerabilis suis funsti exercitus multi-
tudo; quamq[ue] apte comparetur antiquo illi disullio quod universam terram ope-
ravit: Sac (inguam) misericogitante, et cum ea cogitatione conferente ea quae de
socijs bello domericis scripta reliquit Seneca; fac, eis ipso tempore, proponi mihi
Si ab amico illam locustarum descriptionem quam legimus in Apocalypsi cap.
9, ignorante illo quid mecum ipse futuri temporis cogitarem, et observante ut de
mysterio earum locustarum verba faciem: Acc ex praecedenti cogitatione mentem
meam illi subiisse; An sae quoque locusta ad ea quae meum ipse agerent
spectarent? protinus vero occurrere animo quae de eiusdem desideriis inquodam psal-
mo, et in epistola etiam Pauli ad Romanos leguntur. Ac paulo post, cum ad collo-
cationem locustarum cum desideriis animum attendisset, ecce concionator quidam
forei mei cubiculi pulsat, et ingressus postulat ut egregium ei aliquod Hieroglypsi
cum exquiram ad intestina cordis bella ab intestinis appetitibus illata eleganter
exprimenda. Tunc vero ipse subridens, et variarum cogitationum concursum
non nisi admirans, ab eo ipso concionatore peto ut ambo simul expendamus
an eg locusta, inquit ego tunc fortasse incideram, ipsius desiderio deservire
possint. Conferentibus autem internos, contingat primum quasi ex diuorum
lapidum concussione aliquam maioris lucis scintillam exilire videri; et no-
bis oblatis conjecturis suspicionem meam deverso illius symboli mysterio non
parum crescere et augeri: Et siat etiam ut sacerente utroque nostrum adquinque

mensos quos plaga locustarum durasse persibetur; suggestat nobis certius qui forte adderat, quendam scolasticum, pridie eius diei, inita ratione invenisse antiquo illo d' Luvio, quod mundum fere extinxit, universem terram aqua oportam fuisse quinque integros mensos. Denique si multa sui usmodi occurant atque concurrant, quā mirum aliquem mediocri ingenio præditum in mysticam illius enigmatis interpretacionem collimare? Cui enim venatori non succedat felicissime; si Deus ipse fortunante Providentia præparet illi venationem, et feras aut lepores ad teli iactum illi obiciat, eius que oculos in eas convertat, et iacula suppeditet, atque ad ea feliciter torquenda impellatur?

¶ Quemadmodum igitur in bellis et navigationibus multa accidere solent quæ minime ab imperatoris virtute aut naucleri industria proficiuntur, sed in auxilium fortunæ (quæ eadem est cum Providentia fortunante) omnino referendasint; sic in Philosophia, Theologie aut sacra scriptura studio idem quoque suscent, ut sapientia virorum ingenii perse accedere non valebant, a bona fortuna adiutor feliciter pertingant. quia in studio etiam literarum verissimum est, ea quæ sunt magna et immensia non ingenii viribus sed Fortuna felicitate perfici. Sic enim sapienter Plato. 10. de Legibus; Videtur maximas res efficere Natura et Fortuna: minores vero Ars. Nimirum quia in ipsis operibus que prima facie ad virorum ingenii referenda videntur, quidquid propter suam magnitudinem est valde admirandum, si res attente inspicatur, non ab ipsis viribus, sed a bonæ Fortunæ efficacia perfectum est. Genuina autem Apocalypses interpretatio, nisi me suscepta operis amor valde fallit, eiusmodi est ut cætera omnia quæ a sacra scriptura interpretationibus suscepta sunt, difficultatis magnitudine et mysteriorum profunditate longo post se relinquat intervallo. Atque ita quod in aliis operibus mentis precipitur, in hoc presentim præstari debet; Ut qui manus admoveere parat et tanta molis opus aggreditur, Fortunam prius imploret, id est fortunatem Providentiam, cuius singulari beneficio opus est ad Apocalypses filium colligendum et deducendum. Ac eius sine glomeris ductu causus et inexplicabilis est prosus iste labyrinthus. Et hactenus de debita fortunæ invocatione.

S. SECTIO QUINTA.

¶ Inuocatio Fortunæ consert cum Apocalypses argumento
et cum Joannis felicitate; ac interpretis excusataudaciam.

¶ Nunc vero addo, bona fortunæ explicatione voluisse me consequi id quod erat in prologo optandum, nempe ut exordium separatum non sit (quemadmodum dico solet) sed ex ipsa causa natum et cum operis argumento consertens. Sic vero mihi sua debam. Etenim in sancta navigationem ingrediōr persuasum habens, argumentum Apocalypses non esse aliud quam arcanum illud providentissimi Dei consilium, nunquam satis admirandum; locupletanscisse. Licet immensis diuitiis gentes ex occasione reprobationis Iudeorum; et novam

præsentim Romam, eamq; pulcherrimam, florentissimam, potenterissimamq; con-
 dendī ex occasione ruine Hierosolymorum. Sane in hoc eodem argumento exda-
 mabat Paulus, ad Rom. 11. 33. O altitudo diuitiarum sapientiæ et scientiæ Dei,
 quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viæ eius. Quibus
 verbis sapientiæ Dei nomen, proculdubio, fortunanti Providentiæ tribuitur.
 Quod et ipsam aliquatenus innuebant et hinc dicentes eandem Iesum esse et Ali-
 neram (sive Dei sapientiam) et Fortunam videntem seu providentem. Itaque
 exclamatio illa Apostoli ad ea mysteriare fertur, ad quæ postea celebranda,
 Apocalypses liber scriptus est. Neque ego prætermittere debui occasionem
 indicandi in hac præfatione, quo itinere in Apocalypses interpretatione nau-
 gare cogitem. Non sum insecus plures hactenus in' inclinasse ac propendisse, ut
 novissimorum temporum successus in hoc Libro investigarent. Sed ego contra, pris-
 ca illa totamente repeco: atque sacratione spero fore ut ex felicissimorum primi
 tiva ecclesiæ Christianæ successum elegantissima significatione in Apocalypsi re-
 perta, ingenti gaudio replear et cumulor. Atque ad illa præsca opto ut quisquis
 pro se lector acriter mihi intendat animum et expendat num et elegantiora et
 aptiora enigmata ex cogitare potuerint summis primitivi populi Christiani
 facinoribus exornandis, corum præsentim per quos paratum et auctum est reip.
 Christianæ imperium. Colligo igitur bona fortuna explicationem valde
 congruere cum eo Apocalypses argumento quod mihi explicandum est ~
 Deinde vero huic congruentia adiungi potest bona quoque fortuna eius qui Apo-
 calypsim scripsit. Quis enim illo fortunatior quem inter suos discipulos singulari
 et præcipuo amore Christus complexus est? expendit sancti Joannis felicitatem
 acutissime (ut rolet) Augustinus tractatu ultimo in Joannem. Atque ex eas in
 gulari dilectione qua Christus Joannem prosequi dignatus est, ortum videtur, ut
 ex omnibus apostolis eligeretur sic unus quem sacra Sacris Apocalypses Visio
 præ ceteris honoraret. Quare mea præfatio et cum Apocalypses argumento
 et cum scriptoris eius bona fortuna egregie cohereret. ~
 Post remo audacia quoque meæ excusanda defensiunt ea quæ de bona
 fortuna a me implorata, hactenus explicavi. Quamvis enim a Leis qui
 bus multo maiores ingenii viræ quam miseri contigerant, suam prudentiam
 doctorum omnium senatus probaverint, dum ingenue confessi sint se prop-
 tera ab Apocalypsi interpretanda abstinuisse, quod eius operis susceptio
 temeraria ipsi videretur: in eos tamen iudicio decisa operis difficultate cum
 proprii ingenii viribus collata loquuta fuisse censendi sunt. Nec mirum
 ea collatione deterritor, iuxta Horatii præceptum. ~

sumite materiam vestris quiscribitis aquam
viribus, et versatili quid ferre recusent;
quid valant sumeri;

Cui consilio consonat illud Properti'; qui si uametitur pondera ferre potest. Verum enim vero si germana Apocalypseos interpretatio supra omnes est sumani' in genit' virer, et oportet ut eius inventio sit bona fortune eventus felicissimus; Sac ipse confessio, iusta et idonea audaciæ nostræ excusatio est. Tixi enim non poterat ut res esset a me potenter Lecta sive electa. Quamobrem et si in alijs conatibus temerari' simus, si grandia conemur tenuer, in i's tamen periclitans d's quæ nemo consequi potest nisi a fortunante Providentia singulariter ad iutus id potius augere nobis animum debet quod maior sit diuinæ Providentie gloria, grandia perficere per exiguos actos tenuer ministros. De qua re mirabile est quod in Iliade scribit Plato, ex Socratis persona, loquens de poëtis quos ipse interpres Deorum appellat. Si' ministri's (ait) utitur Deus qui diuina oracula promant, quo nos audientes cognoscamus quod non si qui Sac dicunt magni extimandi sunt, sed Deus ipse est qui dicit; pereos autem nos alloquitur. Maximum autem suus rei argumentum hinc sumi potest Iynicus Calcidensis nullum quidem unquam aliud poema fecit cuius quis mentionem facere digneretur. Pao nem autem (illius poematis nomen est) quem omnes canunt, fere omnium carmine pulcherrimum, sine arte composuit, musarum invento, ut ille dicebat. In Soc autem maxime mihi videtur Deus indicasse nobis, ut ne dubitemus, non sumana esse pulchra Sac, neque sominum: sed diuina et Deorum. At poëta nil aliud sunt quam interpres Deorum dum nomine afflantur. Hac vero ostendens Deus de industria per utilissimum poetam, pulcherrimum carmen cecinit ~ Hactenus Socrates. quo quidquid so aptius ad id quod exiguis verum excellentium ministeri's, dicebam. Qui vero non videat, eius qui audet rem adeo magnam tentare Legitimam excusationem esse quod ab eo qui Dei nomine imperare potuit exigatur ab eo opera et ministerium? Quodqz Christianæ reipublicæ conducat, plures ipsius filios huic studio suam operam navare; et denique quod serissimum sit, Deum non teneri ea lege ut bonam in Soc conatu forsunam nondet nisi eximio ingenio: cum potius ipsius Providentiae gloriam augeat, pauperem subito honestare; atque ipsa fauente fieri possit ut mediocre ingenium, fortuita et sauzi' ab omnibus concipi' inventione maiorem immodum fortunetur.

C. INVOCATIO.

Hactenus mihi cum Lectoribus sermo fuit, antequam ad ipsam invocationem
 accederem. Nam vero a deo O verum bona fortunæ numen me convertit. Ad te
 (inquit) O Evelyptis Fortuna primigenia, quæ ab his qui magnæ molis opus aggre-
 diuntur, et præsentim in sacra scripturae interpretatione suppliciter es invocanda.
 Tibi vniuspetit ex ubere tuae omnipotentie cornu felicitatum copiam largiter pro-
 fundere. Tu valde propitiam atque benignam, cuius minima societas Iesu scrip-
 toribus te prebueristi, quemadmodum et ipsis qui ex aliis religiosis familiis eundem
 scribendi laborem suscepere. Nam et nos tristis, sicut et alii, in difficultatum cali-
 gine, faciem quam manu geris, preferre dignata es; et sapientia clavo quem tenes,
 feliciter eos per invia dirigere, ut a verissimo navigationis cursu non aberrent.
 Pergeigitur Ignatius servitui filiorum, eiusmodi benevolentiæ tue indicis augere
 et ornare. Et si tibi gloriösus est magna edere per instrumenta tenuia; Minimus
 ego sum ex sancta minima societate: et nulli nunc scriptori maius opus com-
 mitti potuit quam id quod misi commendatum est: Atque a deo sane simcam for-
 tunes navigationem, maxime tuam gloriam illustrabis. Evidem simcam
 vanitatem indignitatemque respiciam nimia impudentia videtur esse demagna adeo
 felicitate cogitare et eam miseri poscere audere. Sed considerata tua magnitudine
 et bonitate, melius de te meretur qui audet maiora a te beneficia postulare. Atque
 Soc præsentim intuitus sacris litteris testatum esse voluisti nempe singulariter te delectari
 postula a te sapientia, et postulanti eam te promittere et largiri. Præterquam
 quod sane interpretanda Apocalypses provinciam ipse meo arbitratu non suscepisti,
 sed ab ipsis impositam quibus cum medico esse audientem imperasti. Actu quoquevis,
 unumque omni qua possit ratione conari, ut in opere quod ipsi mandatum est,
 nulla desideretur perfectio et absolutio. Et quavis ego ingenii mei viribus conse-
 quinon possim perfectam Apocalypses interpretationem; tutamen omnia potes; ac misi
 tuam opem implorare conceditur. Soc vero quod prestare possum, prestare etiam debeo, ut
 meo munere non desim quacumque ratione valeam. Opto igitur ut de misi sensu,
 et in vocumen tuum, ut veniat in me spiritus sapientiae. Atque ad Soc postulandum
 et obsecrandum ex eo misi accedit animus, quod, cum sciām, te delectari ut suis
 minima societatis Iesu somines alacriter et animo se optemus, gratia tuae instrumen-
 ta effici ad res magni momenti in Ecclesia Romana (quæ tua est filia primogenita)
 emolummentum et amplificationem; persuasum quoque habeam sacre Apocalyp-
 ses argumentum non esse a Liud quam eiusdem ecclesiæ Romanae gloriam et
 amplitudinem. Quod si sacra persuasio vera est; quod aliud opus abullo tuo
 logo suscipi posset, tantum ecclesiæ Romanae maiestati deserviens, quantum Soc
 quod misi tuo nomine commendatum est? Si vero suis arcani reservationem
 opportunitissimo tempore reservabas quando unquam Ecclesia Romanae autoritas tam
 est a suis hostibus oppugnata quam oppugnatur ab hereticis hodiis? Porro si sane

Explicata Apocalypses lucem, per aliquem ex Ignatiⁱ servitio filijⁱ communicare
 mundo prescriptum est a tua maiestate (propterea, scilicet, quod ille sedis apostolica
 Romanæ obsequio suam familiam singulari voto obstrinxerit) ego quamvis co-
 sonore sim plane indignus, sumtamen ex eadem familia et societate, filiorumque
 Ignatiⁱ minimus: Atque Sociorum erit Ignatio magis sonus suum, quod min-
 imum ex ipsius familia ad eos sonare dignata sis O altissima Providentia
 Ut tamen ipse meam gloriam ex Sacra Apocalypses interpretatione queram, ne
 sinas obsecro O sanctissima maiestas. Quin potius si e gloriatus magis est ut
 te saurus quem ego in vestigo, integer alteri aperiendus reservetur: Sanc-
 tuam gloriam ego optare in omnibus debeo, et in beneplacito tuo acquiescere et
 delectari. Neque erit quod mei me laboris paeniteat, si doctorum iudicio consti-
 uit, genuinam me sacri & nigratis solutionem non attingisse. Is enim erit ali-
 quis mei laboris fructus, nempe ut alium sibi cursum tenendum illi noverint
 in Apocalypses interpretatione gurgenda, quos deinceps similis ardor ad
 hoc mare navigandum impulerit. Sic enim unus nautæ spes frustrata;
 et cursus quem tenere voluit a ceteris perceptus atque notatus, communis utri-
 sitati non parum prospicit. Multo tamen felicior ementum ego misi
 opto atque designo, persuasus sic memagis me muneri satisfacere, ac de-
 tua ope sapientia imploranda solicitus









